

Aduertencias para

Hieronymi, non quod ab eo is Ordo fuerit institutus [militat enim sub magni Augustini patrocinio] sed quia eius Religiosi non multo post Religionem huiusmodi vnanimi consensu & voluntate Sanctum Doctorem sibi Patronum & protectorem singularem elegerunt cuius rei illud magno testimonio esse videtur, quod Monasteria & Ecclesias suas magna ex parte D. Hieronymo dedicarunt. Et Alexander. 6. anno Domini. 1492. concessit, ne in posterum simpliciter Iesuite, sed Fratres Iesuite, S. Hieronymi dicerentur.

¶ Et Pius. 5. apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris suarum Constitutionum Constitutione. 49. fol. 1002. die decima nona Nouembris, Incarnationis Dominice, anno. 1567. Pontificatus sui anno secundo in ea Bulla quae incipit. Romanus Pontifex. &c. inter Mendicantes hanc Religionem connumeravit. Vnde Motu proprio, non ad ipsius congregationis vel illius Fratrum, aut alterius ex his illi super hoc oblate petitionis instantiam, sed de sua mera liberalitate, ac ex certa scientia, & de eiusdem Sedis potestatis plenitudine omnia & singula priuilegia, immunitates, exemptiones, facultates, gratias, libertates, indul-